14

Łasowka filiis Donatio

Coram off[ici]o et actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] p[e]r[sonali]t[e]r compa[rens] Nobil[is] Mathias olim Laurentij Gąsowski de Gąsowka antiqua [...] sanus mente et corpore ex[iste]ns palam ac libere recog[novi]t Quia n[o]b[i]libus Joanni Andreae Martino Paulo Gąsowskim filijs suis l[egitti]mis et eorum successoribus bonor[um] suor[um] [...] in bon[is] o[biect]e Gąsowka consisten[tibus] sortem secus granicem Olexinska Totam et integram in o[mni]bus tribus campis prout extenditur cum omni et integro iure suo D[omi]nio p[ro]prietate p[er]tinentia titulo d[omi]nio Cum q[ue] o[mni]bus in genere et singulis in specie Vtilibus fructibus proven[tibus] redditibus attinen[tibus] pertinen[tibus] cunctisq[ue] commodis ex p[raede]fata sorte modo quovis p[ro]venien[tibus] nihil pro se aut alio quopiam reseruan[do] seu excipien[do] sed p[ro]ut eand[em] solus tenuit habuit et possidebat ita late longe circumferentialiter dedit donauit inscripsit et resignauit perpetuis temporibus Quibus iam ex nunc intromissionem realem cum pacca possessione per Ministerialem et Nobiles duos off[ici]ose acceptandam dat et admittit Personali recognitione in praemissis mediante.

G. Mniszewski et Kąckiey Approbatio

Coram off[ici]o et actis praesen[tibus] Castr[ensibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] p[e]r[sonali]t[e]r compa[ren]tes G[e]n[er]osus Bernardus Mniszewski Rotmagister Sacrae R[egiae] M[aiesta]tis ab Vna Et N[o]b[i]lis Dorothea filia olim Joannis Przewski relicta primi olim n[o]b[i]lis Nicolai Kącki secundi Vero olim N[o]b[i]lis Joannis Osmolski sani mentibus et corporibus ex[iste]ntes a foro suo p[ro]prio [...] et iurisd[icti]one quavis competen[ti] recedendo Huicaute[m] foro et iurisd[icti]oni Castren[si] Branscen[si] se totaliter incorporand[o] palam publice ac libere recognouerunt Quia ipsi intercisam certam seu contractum inter se respectu inuentarij bonor[um] Katy et aliarum differentiar[um] de data in Dolobowo die Veneris [...] conscriptam Vadioq[ue] trecentor[um] Floren[orum] Polon[icalium] firmatam in o[mni]bus eiusd[em] intercisae punctis clausulis articulis et conditio[ni]bus approbant confirmant et ratificant Eaq[ue] o[mn]ia ibid[em] expressa tum in toto quam in quavis minima parte tenere complere exequi et inuiolabiliter obseruare submittunt ac se de bon[is] gnaliter o[mni]bus cum posteris suis inscribunt Sub Vadio simili aliorum trecentor[um] Floren[orum] Polon[icalium] Et coram off[ici]o p[rae]nti Castr[ensi] Branscen[si] p[er]empta [...]nsione O[mni]bus contr[...] exception[ibus] allegat[ionibus] motion[ibus] appellat[ionibus] ac earum quibusvis p[ro]sequt[ionibus] tum et alijs o[mni]bus in Vniuersum iuris remedijs se et suos successores V[...] abscribendo et abrenuntiando.

Zochy Piekut Obligatio

Coram off[ici]o et actis praesen[tibus] p[e]r[sonali]t[e]r compa[rens] Nobilis Valentinus olim Andreae Tyszka Zochowski sanus mente et corpore ex[iste]ns palam ac libere recog[novi]t Quia Nobili Bartholomaeo olim Joannis Piekut bonor[um] suorum in [...]tate Zochy consisten[tium] tres sulcos incipien[tes] a granicie Domanowska ad gra[nicie]m Rzepninska tenden[tes] inter Math[...] Mathiae et Alberti iacen[tes] cum pratis et o[mni]bus ac singulis Vtilibus fructibus cunctisq[ue] commodis cum q[ue] seminatura hyemali nullis exceptis ex eisd[em] sulcis p[ro]venien[tibus] in tribus sexagen[is] Polon[icalibus] ad exemption[em] obligauit et inscripsit Intromissionem illi p[er] Ministerialem et n[o]b[i]l[es] duos off[ici]ose acceptand[am] admitten[do] Pacemq[ue] occ[asi]one praemissor[um] ab omni impedimento iuridico quarumlibet p[er]sonar[um] toto tempore tenutae eius cauet Sub Vadio simili aliarum trium sexagenar[um] Polon[icalium] Et coram off[ici]o p[rae]nti p[er]empta [...]nsione et satisfactione nulla re exquisita Vel exquirenda ipsi aut eius successores in praemissis euadere Volen[tes] P[e]r[sona]li recogn[itio]ne mediante.